



Universitätsbibliothek Paderborn

Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

Lanuza, Jerónimo Bautista de

Antverpiæ, 1649

§. 5. Vt Paßionis illius meditatione afficiaris, posuit in illa Dominus sub acerbitate eius & doloribus dulce salutis nostræ remedium: materia hæc ea est, in qua multum potest noster proficere ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53092](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53092)

perirent diligentem facerent inquisitionem
 ut homicidij reum indagarent, & non inue-
 nientes, ad populum mortentur magis vicini-
 um, qui doloris signa super defunctum ede-
 ret singularia. *Quando inuentum fuerit in via*
hominis cadaver cecidi, & ignorabitur cuius ve-
mententur à loco cadaveru singularum per circu-
itum spatia civitatum, & quam viciniorum ceteris
esse persequerint, &c. In hac mundi via cadaver
 hodie reperimus hominis occisi, Christi sci-
 licet Domini nostri. *De torrente in via liber*
 scilicet in monte Calvarie cernimus illum
 crucifixum, nec homicidij reus invenitur, Fi-
 latus accusatus respondet: non ego Christum
 occidi: *Innocens ego sum à sanguine iusti huius.*
 Atque ad eius confirmationem quod in hac
 eius morte nullum habet ipse culpam, natus
 suas luas coram tota lauit synagoga Iudaeo-
 rum, Iudaei se subtrahunt ad latus & Praefidi
 respondunt: *Nobis non licet interficere quem-*
quam. Nos illum non occidimus: est etenim
 hoc nobis illicitum. Herodes in ius vocatus
 se expugnat, quod illum ad Pilatum remiserit
 nihil dignum morte ei inferendo. Iudam au-
 dio protulisse, ego protulatus sum eum
 iustum esse, nec volui eius mihi mortem im-
 putari, idcirco & pecunias facti penitens re-
 tuli, quas ex iusti sanguinis iniusta venditio-
 ne receperam. *Dial olus ait, non illum ego in-*
terfeci: etenim debitam feci diligentiam per-
vorem Pilati, ut pudent marito suaderet,
et virum hunc vipote innoxium sanctumque
absolveret. Tandem nullus culpandus de
 Christi morte quis invenitur, videmus tamen
 Christum in cruce mortuum & occisum, Legis
 igitur decretum obstruetur, & à cruce sin qua
 illum cernimus metiamur ad eorum vicinios
 que, quisnam sit illi vicinior. O peccator
 quam illi vicinus es, quam tibi proxima illae
 spinæ, quas sacro eius capiti cernis in frons
 superbiae tuae, quandoquidem ad illius po-
 nam tempora eius divina penetrarint, Quam
 propè illae manus avaritiae tuae, quandoqui-
 dem propter illas clavis censuræ fuerint &
 tecebrae manus Salvatoris! quam proximi
 sunt illi pedes, tuis gressibus irordinatis
 pedumque tuorum velocitati quæ ad gravem
 Dei festinant offensam: cum pro illis harpa-
 ginibus in cruce desigatur? quam vicinum
 corpus illud sanctissimum in, tot flagris con-
 sum, tot vulneribus laetum ex superfluis &

excessibus delicijs quibus illud totum eximii
 delicate quandoquidem et pro tua volentibus
 Christus satisfaciatur, tot vulneribus pla-
 gisque luas, quot in cruce perpendis ignominia
 Non hoc tuam fugiat considerationem,
 quod in tuaque peccata, ea sint quæ Deum
 nostrum in cruce confixerunt: quatenus
 ex hoc eius dolores sentias quasi proprios, &
 illos in te ipso studeas persolvere, sicut
 exemplum Apostoli qui sibi ipsi Christi mem-
 tem adscribebat, dicendo: *Tradidisti semetipsum*
pro me. Inquiris pro quo mortuus sit Christus?
 Hoc scias me huic morti ceteris esse vicinior:
 tem: quia mei causâ illum toleravit: quia pro-
 mus ego sui peccatorem & omnium negotio-
 sumus, & venit Christus in mundum, & nec
 tuus est in illo ut peccatores iustificaret.
 Christus Iesus venit in hunc mundum pro
 salus facere, quorum primus ego sum. Eodem
 modo tibi considerandum est, te ipsum esse
 pro quo Christus mortuus est, quodque tan-
 quam morti huius ad eò vicinus, sentire do-
 beas ut proprios dolores illos, quos in illa
 Dominus hic pertulit pro te particulatiter.

§. 5. *Vi Passionis illius meditationi assuetus,*
posuit in illa Dominus sub acerbitate eius
& doloribus dulces salutes vestrae reme-
dium: materia haec ea est, in qua mal-
itum potest noster proficere intellectu, &
voluntas allecari.

Porto durum videtur contemplari Christum
 Dominum nostrum mortem perpeti ad op-
 inhumanam & Passionem adeo acerbam ple-
 namque subire doloribus. Quæ namque en-
 nentio nomini Passionis cum nomine Iesu
 Passio nomen est immanitatis, Iesus nomen
 est suavitatis. Passio mortem praefert, & Iesus
 vitam. Passio suam minatur, Iesus salutem
 repromittit. Passio quæ sonat amaritudinem,
 & Iesus quod resonat dulcedinem. Quæ
 hæc coniunctio ut rara, ita singularis? My-
 sterium involuit eminentissimum: non enim
 sine causa mater Ecclesia voluit hæc alijs
 diebus facere coniunctionem in titulo quæ
 præfigit Evangelii, in quo referunt Euan-
 gelistæ hæc Christi Passionem: *Passio Domini*
nostri Iesu Christi. Et quantum coniunctio
 pellit ut cognoscamus in hac S. Passione

VI.
 Peccator
 est maxi-
 me vicini-
 us
 Christi
 passioni.

In Christi passione concupiscit

Plerum illud xavigna Sam'ois: De com's dea e
sicuti dulcedo, id est fauus, mellis, quod in ore
lucis apes composuerant. Ideo mors est, cum
ita desotans: in huius ore composuit apes illa
Christus factu n dulcissimum: quia in morte
omnem nostram statuit suavitatem. Origen
causam expendit ob quam dixit Salomon, *Va
piger ad apes, & nos ad apes*. Ita legit Ori
gen hanc locum: nam verbum hoc ad formi
tam quod habetur in vulgata legit ipse ad apes:
de quibus, cur non dicat, *Vale piger ad apes* in
plurali sed in singulari ad apem. Quia respon
det, quamvis multae fuerint apes quae fauos
composuerunt dulcissimos, tales sunt extra
omnem comparacionem illi quos omnes Pro
phetas nobis scriptos tradiderunt de altissi
mi filii mysticis. Verum super haec omnia
mysticis ad ipsi exarata, divina haec apes
Christus ecce nam nobis reliquit dulcedine,
quam ex pretiosa eius morte hauriamus. Ec
quumvis omnes meditationes ad Christum SS.
sunt supra modum viles, & non vulgarem
parant spiritui dulcedinem: cum omnes fue
runt apes argumentose, quae toto vite suae de
cursu virtutum opera collegerunt emittant
dina, quibus mortem suam redderent dulcis
simam, atque modum quae ceteris pal
mam etipit dulcedinis, est apes illius prima
in Christi, quem Origen inscribit: *Princeps apium*
quia *supra modum de petra*: de petra inquam con
structionis, de clavis, flagellis, spinis, & crucis
nec sicut de donorum ac beneficiorum, quae
per mortem eius accepimus: huc nobis recur
rendum ad capien san dulcedinem: hic suavia
latent intellectui quaecumque capi possunt
mysteria. *Non enim in laicis nisi scire aliquid inter
dicitur, nisi Iesum Christum & hunc crucifixum ac
bat Apollolus: nullam aliam inquitro. Vniuer
siterem quo Hierusalem, nec aliam classem
quam motem Caluarie, nec cathedram aliam
preter crucem, nec lectorem alium cathe
dram, quam crucifixum, nec literas alias
quam vulgatae nec virgulas alias, si te dulten
chones, quam vibices & cicatrices, nec alia
puncta, quam clavis: & tandem non alium
desidero solum quam apertum & sanguino
lancem pectus Christi Saluatoris.*
II. Illud quo vulgariter legimus: *In? curare
omni transierit D. Hieron. Recaptulare omnia,
ve significet omnem doctrinam, omnem que
sententiam in Passione Domini esse recapitu*

lancem. In cruce, in insigne illa Cathedra talia
docet diuinus hic Salomon, vt merito obtu
pescat Regina Saba, ita est anima nostra: est
illa crux clavis David quae mysteria referant
praediora sicutique Sacramenta profundiora.
In hac passione potest intellectus clarus Dei
eo noscere diuinitatem, quam in alijs pie
opribus, imo quam in ipis in racalis: hic
eam diabolus, hic eum Centurio cognouit:
Verè Filius Dei erat iste. Hic intellectui patet
locus clarus ipsa Christi charitas, qui pro no
bis mortem patitur ignominiosam. Eius pie
tatem in Patre fuit exauditus *Pro sua reueren
tia*: paupertas: etenim nudus omnibus mori
tur: eius fortitudo: nam *Omyia trahit ad se*
Dei omnipotentia, quae vincit omnia: Dei
magna scientia: qui propter iram filium: Dei
misericordia, qui tanto nos pretio redemit,
& acquisiuit. Hic interius legitur anima
in mortalitas: cum pro illa moriatur Immor
talis. Hic peccati gravitas, quod tantam re
quirit curationem, tantamque medicinam. Hic
orbis ingratitudo, qui mortem illi inserit a
quo vitam accepit. Hic Dei bonitas, quae vi
tam largitur ei, qui mortem eius machinatur.
Hic interius de Christo paupere possum ad
discere, qualiter Christum induam coronam
tum: quia ratione Christum induam felle po
tatum & aceto: quia ratione modiceam so
uere delictis: hic intelligo ex Christo rogan
te pro crucifixoribus qualiter sumere debeam
vinctam: ex Christo in cruce qualiter ad
quietem sit mihi recumbendum: ex Christo
mortuo, qualiter mihi v'ueniam: quid pla
rat potest intellectus tantum ad discere quan
tum illi opus fuerit in ha: classis: hic noua vi
debit miracula: quod si scilicet mors vincit,
vulnera sanant, sanguis emundet, solus laesit
ceci, plagae tribuant refrigerium, eclipsis illu
minet, siens det potum, crucifixus nos lau
stinet, lassus sustentet infirmus curet, & mole
stos nos Deo regeneret. Ecce quantum hic
proficere possit intellectus.
Hae bona omnia Dauid propheta sanctis
simas lumine filii reuelant in Christo cruci
fixo in monte Caluarie, & summo opere deside
rabat eo vsque in alium euolare vt hoc con
tempari possit, & affectum suum declarat
opando sibi penas, datque i montem hunc
ascendendi. *Quis dabit mihi penas, sicut
columbi & volucri & requiescam.* Nihil sic potest
in.

Mat. 27. 54.

III. In Christi passione

nostra est
 & requies
 & refu-
 gium.

integram mihi quietem confirmare, quam medi-
 tatio Passionis Christi, crucifixi in subli-
 miori montis Calvariae sagittio: ibi namque
 cuncta mea bona reperio, quia omnia singulis
 profuit. Possimus & nos huc eadem verba
 nobis allumere, & ore nostro cum illo profari.
 O quis mihi pennas tribuat columbae quibus
 altiora petam montis Calvariae. intellectus
 mei meditatione, nec a volatu desitam donec
 eo accesserim Christum in cruce contem-
 plando! etenim si ut par est illum fucio me-
 ditatus, tanta reperiam bona; in quibus per-
 pecuam meam stabiliam quietem, ut ad eum
 accedendo sim quieturus. *Volabo & requies-
 cam.* Hic etenim nostrorum est remedium
 malorum, nostrorum medicina vulnerum,
 nostrae pretium redemptionis, nostrae mors
 mortis, & nostrae vita vitae. Hic mytica scala
 Iacob erigitur, in qua recumbens Deus coeli
 portas aperuit, ut homines in Angelos muta-
 ti eo possint ascendere. Hic arbor plantata est
 vitae, quae fructus profert omnigenos, quibus
 primae illius tollatur buccellae venenum, Hic
 secundus est Adam manus extendens ad arbo-
 rem, ut damnatum auferat, quod primus intulit
 manus extendens ad prohibita. Hic petra con-
 spicitur quae tormentis percussa innumeris a-
 quas effundit redemptionis nostrae suavissimas,
 oleum nostris curandis vulneribus efficacissi-
 mum, & balsamum nostris leniendis vlcibus
 aptissimum. Hic petram habemus de qua ca-
 nitur: *Petra refugium herinacea*, vel cum aliis:
Leporeta. Petra facta autem & aquarum
 stagnum, ut eo nos languentes intremus & a-
 canibus protegatur infernalibus. Hic ca-
 uerna patet ad quam sponsam sibi charissimam
 sponsus inuitabat. *Columba mea in caaverna
 maceria.* O quam securus est, Domine mi, qui
 per tuas illas ingreditur plagas, ille qui se sub
 hoc spinosi capitis ponit umbraculo; ille qui
 ad manuum istarum pedumque in cruce fixo-
 rum festinat refugium, ille inquam qui sub
 umbra huius divinae se protegit arboris? Eo
 intellectu nostro aduolemus, ascendamus, &
 caelestem audiemus cathedraeque doctrinam
 praelegentem adeo sublimem, qualem num-
 quam audiuimus. Optimum nostrum inuenie-
 mus Pastorem, qui eo usque ascendit, ut qua-
 teret vocaretque onem perditam & aberran-
 tem: racemum terrae promissionis habebimus,
 qui in torculari exprimitur, ut vinum effundat

quo vulnera descendit ab Hierusalem redire-
 regentur. Si tantum inueniat hic quo se pulsat
 intellectus, merito postulat Dauid sibi a Deo
 concedi columbae pennas, quibus sursum eas-
 let, atque in tanta mysteriorum altitudine
 conquiescat.

Si tantum adferat intellectui commodum
 Passio & mors Saluatoris, non minori con-
 labit voluntatem: quia lux illa caelestis solum
 Christi nedum illuminat, sed etiam accendit,
 inflammataeque liquefacit. Ideo ait Do-
 Bern nihil sic voluntatem afficere, ac Passio
 Christi meditationem. Quod ille me creatus
 & cetera mei gratia, magnum est & amant
 me pro hoc meretur: porro potiori longe iure
 hoc meretur, quia me redemit, an idem
 Doctor, & rationem adfert qua illud confir-
 mat. Quia ut me crearet, non lassibus illi, mel-
 lam tulit molestiam solo suo verbo totam
 hanc adeo insignem eduxit machinam, am-
 nam meam mundique pulchritudinem, *Ipse
 dixit & facta sunt.* Verum ut me totum crearet
 triginta tribus laboravit annis: quando quidem
 a primo instanti quo se verbum diuinum ha-
 mana sociavit naturae in calissimis purissimae
 Virginis visceribus, usque dum in cruce spi-
 ritum emisit, totum Passio fuit & creatura,
 nec momentum aliquod huius temporis clap-
 sum est, in quo non parceretur. Quos dolores,
 quos non passus est cruciatus? quos paruos,
 quos non sensit angustias? Me de nihilo creatus
 opus effecit sua dignum maiestate: verum me
 reparans & redimens se rebus sibi et alio
 vilibus, & supremae suae celestis diti contraria
 ut omnino videatur illum hominem esse ag-
 noscere, *Vnde nos reputamus eum*, Inique no-
 bis proponit subiectum Passio Saluatoris,
 Passio quae nostram docet ignorantiam, nos-
 tram emollit ferocitatem, nostram robustat
 infirmitatem, nostrum confirmat timorem, bo-
 nignam reddit & amicum nostram immunitatem,
 nostram inflammatae tepiditatem, nostram
 urget acediam, nostras emundat maculas, nos-
 tros laetificat dolores: si iacemus iustitiam,
 nobis impertit salutem, si mortui sumus nos
 viuificat, ipse est portio, & opulentum omnibus
 malis nostris panisque remedium. Qui-
 nimo ideo voluit Christus passionis suae
 perpetua seruare vestigia, ne illa vult de coo-
 pore suo vulnerum aboleri signacula, ut non
 quidem momento temporis e nostra laborem

memoria continua eiusdem piæque medita-
 tio ut cum Apollolo dicamus. *Non enim in-
 dicam vobis sicut aliquid inter vos nisi Iesum Chri-
 stum & hanc crucifixum*: hanc prædicent con-
 citorum, hæc martyribus proponatur, hanc
 concens; hanc Doctores, Virgines perpen-
 ditæ, ævolant cõnentes, & generaliter omnes
 his sua studia mentemque comprehendat. Hic
 cõditur: et intellectus, hic patitur voluntas,
 est etenim thesaurus tantorum honorum, et
 omnes in illa repetant vnde diuites euadat.
 Duo possumus intelligere sub hoc nomine
 Passions in Christi Passione, & in duobus
 illis materiam inuenimus in qua multum
 adificamus. Vel possumus humanas intelli-
 gere passiones, etenim nostram accipiens
 humanam naturam, eas pariter assument non
 dignatus est; vel poenas quas decurtu vitæ
 sue pertulit, vel tantum cruciatum crucifixio-
 nis, vel illud fatis durum quod sustinuit ab
 horto usque ad vltimum vitæ suspirium.
 Atque in his omnibus tanta nobis loquendi
 materia suppedit, vt noua semper motina ad
 nouas recurrant meditationes. Sunt nonnullæ
 passiones naturales, quæ remanserunt ex
 peccato Adæ, quales sunt mors, fames, sitis,
 fatigatio, & alia multa quæ ad numerum
 redacti est impossibile. Ex his illas assumpsit
 Christus quæ moneri conueniebant Re-
 demptoris & Magistris quo ipseungebatur:
 vnde nec peccatum habuit, nec peccati fo-
 mitem vt cum Theologis loquar: quia ex
 illis passionibus hoc assumpsit quod erat
 necessarium, peccatum autem non erat
 necessarium, imò redemptioni repugnabat,
 quam operari debebat pro peccatis nostris
 culpique satisfaciendo. Nec eas similiter
 assumpsit, quæ personas sequuntur particula-
 res, vt sunt febres, podagra, colica, dolor late-
 rum, & alia quibus miseris subiicitur: quia
 illa sequuntur in homine ex defectu virtutis
 formatiue, vel ex inordinato viuendi modo,
 nihil autem horum potuit esse in Christo:
 corpus etenim eius formatum credimus operâ
 Spiritus S. fuisseque vitæ ordinatissima. In ce-
 teris debuit per omnia se simulari: de his
 passionibus modo conagimus. De illis au-
 tem possumus intelligere: quæ Christus pas-
 sus est toto vitæ suæ decurtu: nam vt diximus,
 totus hic passio quadam fuit, & conueniens
 cõm Euangelio titulus: *Passio Domini nostri*

Iesu Christi, quia in conceptione sua mortem
 acceptauit, vnde semper in sua voluntate mor-
 ricbatur. Deinde in suo intellectu semper di-
 stitit: præsentibus habuit omnes Passionis læ-
 cruciatus: vnde nunquam visus est tideri,
 bene quidem lachrymans, & sepius illos si-
 gillatim Apostolis suis enarrauit: & quid est
 quod in vita sua non tolerauit? Passionem
 famis, quam D. Basil. probat esse fortissimam:
 hanc expertus est, & pertulit absoluto ieiunio
 quadragesimali: *Postea sumit*. Passionem sitis
 ipse Samaritanæ declarauit, quando oppido
 lassus veniens ad crepidinem putei poscit ab
 illa potum. *Mulier da mihi bibere*. Quinimo
 cruci affixus sitique afflictus exclamauit: *Sitis*,
 & quamvis D. August. & D. Bernard. sitim hic
 intelligant spiritualem, potest tamen de siti
 corporali explicari ex fatigatione: *fatigatus*
ex itinere sedebat sic. De quo fusè disputat D.
 August. Etiam licet intelligere per nomen
 passionis expirationem quam oculariter in
 Christo videbant. *Iesus clamans expirauit*.
 Hæc omnia capi possunt de Passio-
 ni nostri.
 Porro quod hic principaliter materiam
 suggerit meditationis sunt cruciatus illius,
 poenæ, dolores & ignominia: quæ pertulit
 à cruce usque dum in cruce expiraret, & hoc
 hodie tractamus: O sylvæ tormentorum! O
 materia cruciatuum! O abyssus poenarum &
 oceanus iniuriarum profundissimus! Hic vi-
 debis quod nec momentum temporis à poenis
 liberum illi concesserint. Vnus illum pecuniâ
 distrahit, hic illum emit, alter capit, ille li-
 gat, alius subsannat, ille lacelsit opprobrijs,
 alter interrogat, hic falsos inquit testes, al-
 lius contra eum mendacia deponit, vnus ac-
 cuit, hic spiritus conspergit, ille faciem ob-
 uelat, alter colaphis conundit. Vnus veltibus
 exurit, alter flagellat, ille spinis coronat, plu-
 res irrisorie illi genua inclinant. Vt reus
 trahitur de iudicio ad iudicium, de scibnali
 ad tribunal, de opprobrio ad opprobrium, de
 supplicio ad supplicium: de Anna ad Cai-
 pham, de Caipha ad Pilatum, de Pilato ad
 Herodem, de Herode ad Pilatum. Aduersus
 illum cogunt conelia Principes, vociferan-
 tur plebei, Gentiles feroces insolent, cruce
 premittit onerosa, saluis macolatur, poenis
 repletur: tandem pro molli lectulo crucem
 illi sternunt, pro ceruicali dant spinas, pro
 plumis

Hom in
 diuites
 Anarot,
 Mat. 1. 2.
 Ioan. 4. 6.
 L. 3. de ci.
 c. 20.
 Tract. de
 Pass.
 Tract. 15.
 in Ioan.

VI.
 Sed prin-
 cipaliter
 signat
 crucia-
 tus.

Ecc plurimis

plumis quietis elauos, pro cibo fel, pro potu acetum, & pro reparatio mortem, Ecce nunc quid in hac sit Passione medianum, in quo voluntas pascatur, & illuminetur intellectus.

§. 6. Ne in superficie moreris historiae Passions, mortis, & Christi, sed illam considera vt Euangelium, atque in illa reperies magna virtutis Dei, qua tuum excitabunt intellectum, sanctoque in voluntate elicient affectum.

¶ 14. Vt ad magis singularia traanda paramus Passiones Christi in tria, dico bifariam hanc posse considerari, vel per modum historiae, vel vt Euangelium. Si spectes historiam, mors est reuolucnda vt innocens, absque culpa, qui tradatur, flagellatur & crucifigatur ab inimicis suis malitia & pultione puerissimam. Si consideres vt Euangelium perpendenda accurrunt praecelara bona quae illa complectitur vt ante diximus: est enim Passio Christi thesaurus, ex quo prodire possunt mortales valde perfecti, in virtute promoti meritissime diuissimi: & hoc proprie est Euangelium. Virtus enim Dei est omni credenti Vt Euangelium hanc praedicauit Apostolus, dum ait: Sapientiam loquimur inter perfectos, scientiam non huius seculi. Sapientia dei lauit in hac morte, quia reconciliati sumus Deo per mortem filij eius: quia in ea confederat omnem dei cum hominibus concludit. Et sic. Eo modo Christus illam considerauit, quando ait. Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit ipsum solum manet. Si autem mortuum fuerit multum fructum adfert. Hanc Passionem & mortem expendit tot refertam bonis, licet in sua terribilitate absconditis, quando ita clanculum & secreto eius rationem Apostolis suis explicauit: totque complectitur sacramenta, vt ea sapientia clarissimi nequarum penetrare, ex ea D. Paulus hanc cepit effari sapientiam: Inter perfectos.

I. Passio quomodo consideratur vt historia.

¶ Velut historia consideratur, quod sub imperio Tiberij Caesaris Christus Iesu vixit: vir innocens, iustus optimus, iustissimus, Deus & homo, qui contra iuris ordinem iniuste fuit accusatus & condemnatus: propter suum populo ad mortem crudelem, immodicam passionem & acerbissima tormenta

& eo modo perpensa magnam Domini hic prouocat compassiorem: etenim nunquam aliquis tantopere luit, fuitque vt ipse tanto diu castigatus. Excedit haec passio multum omnium passionum: quia in ipso seculis omnes fuerunt viuaciores: quia pars superior sensus partemque inferiorem non saluabat nec accurrat diuinitas ad potestatem iudicium: iniquas sensus acerbe nimis perferant. Cuius illius tenerissima erat: in omni bono suis patiebatur, honore, corpore, & vita, ac in toto suo corpore sauisime excepit fuit omni genere calumniarum, vt etiam blasphemias illi anteponebatur, tantoque melius Christo ceuferentur, vt vitam illius iudicarent feruata dignam, Christi vero postulare extenuati: multum pia mouet hanc consideratio. Dixit olim D. Chrysostomus, quod qui tantummodo patientem intuentur ad compassionem motus ingemiscat: quanto magis qui pater est ad pietus amicus adeo fidelis qualis Christus, tantoque patitur iustus cruciatus, mouere debet ad compassionem lacrymas ipsum atheniensem tot oppressum poenarum aduersitatibus quantum odium, quantaque execratione contra eius interfectores vixque interemptores. Porro si huic pie considerationi primam annectamus, excitatur ex illa odium & abominatio peccati cuius gratia motus talem sustulit passionem, Deo subiectio, a nobis bonitatis & gratiarum actionem tantorum beneficiorum congrua immensitate, si consideremus Passionem hanc, vt Euangelium, dicendo quid hoc sit, optime pandentur quos in anima producit effectus. Euangelium igitur nomen est suauis & dulce, verum quidem est quod aliquoties Euangelizate idem quod predicare. Dominus dicit verbum Euangelizantibus sic loquitur de praedicatoribus Euangelij, atque quod Deus illis verbis loqueretur, vt Euangelium praediceat. Et in eodem sensu sumpsit hoc verbum Apostolus: Non Euangelizauero, vix mihi, imo aliquando pro predicare falsis & deceptoris: Si quis vobis Euangelizauerit praeter id quod accepistis, & dicit: Si quis falsis vobis aliquid annuntiauerit, illi contrarium quod a veris Euangelistis audistis: & iterum paulo superius dixerat: Cuius transferimus in aliud Euangelium. Nihilominus proprie loquendo, & secundum vim verbi, Euangelium significat tantum nomen.